CONRADUS KYESER. PHILO BYZANTIUS

Süddeutschland (Ingolstadt?), um 1455 (nach 1442) Seite 151v-152r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39612
Copyright: Innsbruck, Tiroler Landesmuseum (Ferdinandeum)

Quamque philomena cupis hac arte truffabis
Vermis est in agro ab arantibus colligitur iste
Rubeus ut lumbricus quem ligabis super papirum
Super manum pone et ostende philomene
Voluntas te sequitur abnegas silvestra queque

Exul exul expertus pronunciat hec valinia
Ungula ex asini fiat anulus non notz betuth
Sic et involutus qui fuit pellibus huius
Numquam demoniacus undiquaque erit iste
Certe qui ad nuda carne portaverint ligatam
Ex pelli virginis non molestabitur idem

Stude princeps care deus quos odit numquam amat
Ut gentem hebraycam maledictam perniciosam
Ecce signum clarum numquam sentis istud amarum
Vitrum quodcumque in quo si pinxeris ipse
Cristi crucifixum vel semper virginis aliud
Infundens potum abintra vinum judaycum
Rumpitur impres ne credas frangi partes
Sed fore signum magnum quod iudas tradidit agnum

Et ardens ferculum istud ingenium dictum
Sintque gariofoli per noctem in vino ponendi
Mane fige singulos in galredam bene spissos
Post de predicto bacho tu partem affunde
Quos tunc incensos ardebit ferculum prius

Naturam propriam nostras gariofolorum
Quod si incensi fuerint ardebunt ad instar
Candele lucentis toto donec sit consumentur

Album ovorum de vitellis separe
Et in vesicam album per clapsedram funde
Post et vitella bene contrita funde frequenter
Vesice claudende in caldari tunc ferventi
Coquatur donec bene lyetur durum
Est ovum istud grande sufficit quod comedat plebs